

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0236

**LOG Titel:** De lynge Congenere. Cap. XLIII.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

Ποντιαδ' ἔξυτατων βελεών  
 Ποικιλαν Ἰύγγα τετρακταμον  
 Ὀλυμπιάδην ἐν ἀλυτω ζεύξασα κυκλω,  
 Μαιῶρδα ἀνὴν κυπρογένεια φέρειν  
 Πρωτον ἀνδράποισι λιταῖς ἑπαοιδᾶς  
 Εἰδασκῆσεν σοφον Αἰσονίδαυ  
 Ὅφρα Μυδείας τοκεων ἀφαιλοῖτ' ἀιδῶ, id est,  
 Veneranda verò Cyprogenia telorum acutorum domina  
 Picaturatam Iyngem Bacchi auem ex Olympo attulit  
 Hominibus primum, ut indissolubili circulo quadradiam  
 Iungens, carmina sapientem docuit Aesonidem,  
 Vt Medea erga parentes reuerentiam, & pudorem adimeret.

e Embl. 78.

Quos versus Andreas Alciatus admodum offitanter sic reddidit.

Nec durus te vincat amor, neu femina mentem  
 Diripiat Magicis artibus vlla tuam.  
 Bacchica auis p̄ξ̄ίτο tibi Motacilla paretur  
 Quam quadratiam circuli in orbe loces.  
 Ore cruce[m] & cauda, & geminis ut complices alis,  
 Tale amuletum carminis omnis eris.  
 Dicitur hoc Veneris signo Pegasus Iason  
 Phasiacis lædi non potuisse dotis.

Verùm ex ijs, quæ antè à nobis dicta sunt, & ex ipsis Pindari verbis liquidò constat, Iyngem non depellere amores, vt ille transtulit, sed inducere potius fabulosè scribitur, cuius scilicet auxilio Theocriti puellam, vt amantem in amorem suum pertraheret, usam quoque fuisse nungantur.

## EMBLEMA.

**O**RNITHOLOG I in Iyngis iconem vincetam ad manum hominis tale emblema est.

Cur vincetam Iyngem picta desinet manus?  
 Ani hæc amoris, & voluptatis nota est,  
 Quæ sita philtis: forte quòd quouis agas  
 Antè & retrorsus collo, in orbem, liberè.  
 Sic, & voluptas corda agit mortalium  
 Mirumq. torquet in modum quoquòd libes.  
 Hanc tu nisi vincetam cum ratione rexeris  
 Mentis peribit quicquid ac sensus habes.  
 Hoc fascinum putabis, atq. maximum  
 Philtum, veneficiu[m]q. quam miserrimum.  
 Hoc torquet animos, turbat, & retrò mouet  
 Aut igitur omnem tu voluptatem fuge,  
 Aut si libes vsi, vincla semper ad moue  
 Non cicuratur, semper est vinclis opus.

Voluptas  
Iyngi com-  
parata.


## DE IYNGE CONGENERE.

### Cap. XLIII.



Edum huius auis, quam nunc exhibemus, dispositio vel Picis Martijs, vel Iyngi congenerem eam esse manifestò indicat: contra verò rostrum paruum Iyngi potius, quàm Picis similem reddit. Nunquid verò Iyngis more cervicem nihil agētibus alijs partibus contorqueat, necdum exploratum habeo. Magnitudo Aui, quantum ex transmissa mihi icone iudicare potui, compar cum Iyngē. Color capitis, dorsi, alarum & totius caudæ ferrugineus maculis luteis transversalibus eleganter distinctus. Totum pectus, & venter albicant, & lineis luteis per longitudinem exornantur. Tibiæ luteæ, digiti Picorum more oblongi, eiusdem coloris: ungues adunci, magni, nigri.

## IYNGI CONGENER.



## DE CERTHIA. Cap. XLIV.

**C**erthiam etsi exiguam auiculam, audacem tamen, Picorum historiae, colophonis loco subieciimus, quòd eorum more super arborum truncos, & ramos apta pedum, & caudae dispositione perrepat.

## SYNONIMA.

**A**ristoteles hanc auiculē *Κερθίων* masculino genere vocat: Gaza Certhiam feminino transtulit. Robertus Constantinus *κερθίων* propter astum, quem Aristoteles, illi tribuit, scribendum existimat. Albertus in sua translatione *Raricheus* voce omnino barbara legit, ubi etiam quaedam alia admodum ineptè scribit. Anglis *Crepera* à reptando teste Turnero, quasi reptatrix seu scandulaca dicitur. Gallis *Grimperaeu* Pochet, & *Grimperaeu* petit Bellonio.

*L. 9 Hi. cap. 17.*

*Crepera.*

## GENVS. DIFFERENTIÆ.

**C**erthia in Picorum genere omnino reponenda foret, nisi rostrum quodammodo recurvum & arcuatum, & pedum digiti, tres nempe in antica, vnus in postica parte obstant, quamuis, alioquin insigniter adunci sint, & ad rependum perquam idonei. Cauda saltem Picorum vt icon expressa demonstrat, simillima est, Differt verò ab omni Picorum genere colore pennarum.